



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

XXIV. An aliquod Verum morale possit solis naturæ viribus cognosci?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

com
mini
etum
. Reg.
st. 21.
liqua
cere,
eg. 3.
utias,
non gl
; non
inde-
b Ec-
nebu,
nt, &
am o-
uderi.
Si va
Sive
Luc.
inter-
on fe-
liciter
Gen.
tus tu
gis lu

grati-
brou-
s arb-
io ste-
e cum
er, sed
e liber
r pro-
uatrix
nomi-

hominis liberi sic, ut nil tamē ab illa necesse situr.

6. Multæ docent, hominem multa facere contra Dei voluntatem. Vt Prou. Vocau, & renuistis. Isa. 5. Expectauit ut faceret vias, & fecit labras. Mat. 23. Quoties volui congregare vos. &c. & noluistis. Act. 5. Vos semper Spiritui S. restiuitis.

7. Multæ continent præcepta, consilia, exhortationes, laudes, præmia, pœnas, minas, expostulationes: Quæ omnia clamant libertatem arbitrij ab & coactione & in primis Necessitate.

QVÆSTIO XXIV.

An aliquod Verum morale possit solis naturæ viribus cognosci?

XLI. ANTICHRISTIANISMVS.

CALVINISTÆ affirmant, omnia & singula vera moralia posse solis naturæ viribus, hoc est, cum Generali auxilio Dei cognosci; nilque opus speciali ad ullam.

CHRISTVS. Non omne verum morale, sed duntaxat Aliquod, potest cum Generali auxilio naturaliter cognosci: i' lud nimirum, quod ex te non iustificat, nec meritorium est ad beatam vitam. At omne pertinens ad salutem, eget speciali gratia Dei.

1. Patent ita ex prædictis ad assertiōnem liberi arbitrij. Vnde Psal. 4. Multi dicunt, quis ostendit nobis Bona, moralia quædam? Signatum est naturaliter super nos omnes & singulos lumen rationis practicæ vultus tui, intellectus. Ita S. Cyrillus Item Pl. 57. Si vere vtique iustitiam loquimini, recta iudicate filij hominum, impres sa cordibus omnium. Plana hæc.

2. Planius Rom. 1. Cum Deum cognouissent, non sicut Deum glorificauerunt. Rom.

2. Cum Gentes, nondum Christiani facti, quæ legem non habent, Test, veteris aut Novi, NATURALITER ea, quæ legis sunt, FACIUNT; eiusmodi legem, Iudaicam aut Christianam, non habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt OPVS legis naturaliter scriptum in cordibus suis; testimonium illæ reddente conscientia ipsorum. Vnde iusta querela Iudei: Quacunque naturaliter, tanquam muta animalia norunt, in his corrumpuntur.

3. Denique Pharaonis cor induravit Dominus, i. speciali auxilio destituit; nihilominus tamen hoc verum morale in particulari cognovit, dicens: Exod. 9. Peccavi; Dominus iustus, ego & populus meus impi.

QVÆSTIO XXV.

An possit homo velle aliquid BONVM Morale viribus lib. arbitrij solis?

XLII. ANTICHRISTIANISMVS.

VTHERANI & CALVINIANI pene nihil tribuunt viribus naturæ; Fidei omnia soli: Pelagiani contra, omnia viribus liberiarbitrij; gratia & auxilio nihil.

CHRISTVS. Omnia præcepta Moralia, quoad operum substantiam, longiore tempore, obseruare nemo potest solis fretus naturæ viribus.

1. Nam obseruationem Legis tribuit Scriptura Gratia: Vt Ezech. 36. Spiritum meum ponam in medio vestri, & faciam, ut in præceptis meis ambuletis. Rom. 8. Quod impossibile erat legi, scil. obseruari totam; in

Q. 2 quo

